

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 3: De virtutibus theologicis et cardinalibus Caput 3: De caritate (7)

Bernardus:

O bona mater caritas, que sive foveat infirmos,
sive exerceat provectoros, sive arguat inquietos,
diversis diversa adhibens et exhibens sicut filios diligit universos!
Cum te arguit, mitis est, cum blanditur simplex est.
Pie solet sevire, sine dolo mulcere,
patienter novit irasci, humiliter indignari,
lesa non provocatur.
Ipsa est que hominum mater est et angelorum,
non solum que in terris, sed et que in celis sunt pacificat.
Ipsa est que deum homini placans, hominem deo reconciliavit.

O bona mater caritas, quae sive foveat infirmos,
sive exerceat provectoros, sive arguat inquietos,
diversis diversa exhibens, sicut filios diligit universos!
Cum te arguit, mitis est; cum blanditur, simplex est.
Pie solet saevire, sine dolo mulcere;
patienter novit irasci, humiliter indignari.
Ipsa est quae hominum mater et angelorum,
non solum quae in terris, sed etiam quae in caelo sunt pacificavit.
Ipsa est quae Deum homini placans, hominem Deo reconciliavit.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 2.1 (SBO 7, J. Leclercq,
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.12-13, ll.17-18, 1-4).